



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

5. [i.e. 6.] De passione imaginis Domini nostri Iesu Christi in Beritho vrbe
Syriæ crucifixæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

euffus interijt : ille verò qui sacrum fufcepit trophæum, multis fe iaculantibus, permansit illæfus. Mirabiliter enim diuina regente virtute, sagittæ hostium figebantur in signo, à signifero autem inter pericula protinus euolabant. Dicitur autem neque alium vnquam huius signi ministrum, vt solet, in bello vulnerere mortuum, aut cladem captiuitatis perpeffum.

Libellus Athanasij Episcopi Alexandrini, de passione imaginis Domini nostri IESV Christi in Beryto vrbe Syria crucifixæ, qui in 7. Synodo Oecumenica actiõne 4. vnde nos eum, descripsimus, citatur, & Athanasio tribuitur, quod plurimum facit ad libelli auctoritatem. Habetur inter opera Athanasij, & in Tomis Laurent. Suriy 9. Nouembris.

CAP. VI.

Leuate oculos intellectus vestri, nouum *Nouemb. 9.* hoc spectaculum contemplamini, inspicite in Dei immensum hoc miraculum, date ei gloriam, illius inexplicabilem erga homines amorem, illiusque dispensationis magnitudinem, considerate, lachrymas cum lætitia fundite, apud Deum nihil nouum, *Apud Deum nihil nouum.* Deus enim existens, cuncta potest. Quod autem in diebus nostris & nostri causa factum est, corda omnia quæcunque audient, in stuporem ducet. Stupuit cælum propter talia ausa. Abyssus conturbata nimis est, Sol, Luna, & reli-

M qua

qua sidera obtenebrata sunt ob tale facinus. Rursus autem lætata sunt ob id, quod circa se Deus dispensauit. Cunctæ cœlorum virtutes, audite, & stupefcite in eo, quod factum est in diebus nostris. Intelligentes, intelligite, inclinate aures vestras, vt ex corde audiatis.

Cap. 1.

Berytus ciuitas.

Antiquissima Christi imago.

1. Tim. 2.

Berytus ciuitas est in finibus Tyri & Sidonis sita, vectigalis autem Antiochiensibus. In hac ciuitate cum Iudeorum natio frequens esset, contigit vt propè synagogam, quam illic amplam habent, quidam è Christianorum numero domicilium à quodam conductum habitaret. Hic ex aduerso lectuli, imaginem IESU CHRISTI Domini nostri fixerat, erat hæc figure veneranda, quod integram Christi domini proportionem exprimeret. Contigit autem non ita diu post id temporis, Christiano mansionem aliquanto ampliorem quærere: neque id omnino fortuito factum est, sed ex diuina dispensatione, quæ omnes cupit in agnitionem veritatis venire, & saluos fieri, exhibens miracula his qui illum colunt, & pietè illum credunt: Verùm in redargutione diffidentium, confirmationem autem & stabilimentum credentibus. Quærebat itaque, vedere cœperam, Christianus ædes maiores, quas cum in alio ciuitatis loco inuenisset, domo, quam prope synagogam habuit, in alteram migravit. Cumque res suas omnes in eam transtulisset, imaginem tamen illam De-

mini illic fortè reliquit, obliuione quident
illud, sed tamen diuina dispensatione Iudæus
autem commoditate loci captus, ædiculam il-
lam conduxit, nõdum animaduertens eiusce-
modi imaginem illic affixam: suaq; istuc trās-
ferens, aliquamdiu illic habitauit:

Quodā autem die cum hic gentilium suo-
rum quosdam in prandium inuitasset, conti-
git, vt quidam conuiuorum, sublatis oculis, i-
maginem CHRISTI Domini nostri inspiceret:
moxque conuersus ad conuiuatore[m], tu in-
quit, Iudæus cum sis, qua fronte tandem aude[s]
huiuscemodi imaginem domi tuæ habere?
Non dicam, hic quot plaustra conuiciorum
& maledicta in Dominum saluatore[m] effude-
rit. Conuiciator autem seipsum purgare stu-
dens, affirmabat etiam sancte, se huiuscemodi
imaginem hæcenus non vidisse: atque ita qui
inuitatus erat, tacuit. Postquam autem fuisset
egressus, ad principes sacerdotum hominem
detulit, quod imaginem saluatoris in ædibus
conseruaret, Nazare[m]que non eiecisset. Illi
verò audita re, interrogauerunt num id pos-
sit approbare. Clamante illo, se posse confir-
mare quæ diceret, omnes congregati & furore
perciti, illo quidem die nihil egerunt: sed
manè factò, congregati summi sacerdotes &
seniores, cum ingenti hominum eiusdem na-
tionis turba, assumpto simul delatore Iudæo,
ad ædes illas, in quibus imago Domini nostri
habebatur, ire pergunt.

M 2

Cum

*Christi ima-
go in cuiusdã
Iudæi domo
relieta.*

Cap 2.

Matth 26.
Vide quos ma-
gistros sequā-
tur conoma-
chi.

Cum autem ad eum locum venissent scri-
ores & principes sacerdotum, cum ipso simi-
delatore, irruunt in domum, & cōfestim ima-
ginem saluatoris Domini nostri contemplan-
furore pleni, Iudaum quidem extra syna-
gam eijciunt, imaginem verò detrahunt, & con-
centes: Quemadmodum patres nostri illi-
runt ei, ita & nos faciamus. Tunc omnes con-
perunt spuere in faciem sanctę imaginis Ch-
sti, colaphisque hinc illinc faciem cędentem
dicebant: Quęcunque designarunt patres nos-
stri in illum, ea & nos quoque faciamus in
lius imaginem. Deinde inquirunt: Audiuit
quod illuserunt ei patres nostri: faciamus
hoc & nos quoque. Mox talia conuicia ex-
muerunt in IESV CHristi imaginem, quę
nemo sanę mentis excogitare posset. Adde-
deinde: Audiuimus patres nostros pedes
nusque illius clavis fixisse: quid obest, quom-
nus & nos idem tentemus? Confestim autem
imaginis Domini pedes manusque clavis
reis perforauerunt.

Marc. 15.

Deinde insano ore clamant: Audiuit
quod & aceto & felle imbuta spongia illi
potauerunt: faciamus & nos similiter: con-
ptaque spongia aceto plena, ad os imaginis
plicauerunt. Rursum aiunt: Notum nobis
quod & calamo caput illius patres nostri
cufferunt. Fiat id ipsum etiam à nobis patres
Sumpto igitur calamo, caput Domini cala-
coeperunt. Tandem aiunt: Clarum nobis

quod lancea latus illius pupugerunt. Nihil à nobis omittatur, addamus & hoc ipsum. Itaque lanceam cuidam porrigentes, iusserunt, ut latus imaginis Dominicæ transfigeret. Ex eo autem, confestim sanguis & aquæ riuuli emanare cœperunt. Christe, gloria tibi incomprehensibilis Domine, gloria tibi. Quis tibi similis Domine? Quis alius præter te Deus, faciens horrenda signa & terribilia, & obstupescenda in cœlo & in terra? O admirabilis mediator Dei & hominum, & Homouision, mundi redemptor ac saluator, totius bonitatis & pietatis fons & origo. O quantus es domine in humilitate, qui cum esses Deus, morticinium nostræ carnis suscipiendo, homo fieri dignatus es pro salute generis humani, quem impij & crudeles paulò minus ab angelis minoratum cernentes, horribili morte plectere non erubuerunt. O quàm magnus es noster saluator in patientia, qui in tempore tuæ traditionis, tu tradituri ad te venienti, osculum præbere non renuisti, & seruo Malcho Apostoli gladio abscissam auriculam redintegrasti, quado ad passionis victimam velut ouis mansuetus deducebaris. O quàm magnus es in misericordia Christe, spes vnica mundi, qui cum in cruce te ipsum hostiam Deo patri exhibuisses sanctam & immaculatam, pro crucifixoribus veniam postulasti, dicendo ad patrem: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tunc quidem pro nostra salute incuruatus, in eadem

Vide stupendū mira. u. n. in emanatione sanguinis ex latere imaginis Christi.

Luc. 22.

*Esaiæ 52.
Ierem. 11.*

Luc. 23.

M 3 carne

carne quam ex virgine sancta & immaculata
 assumpseras, mortem pertulisti crudelem,
 qui eras in substantia cum patre sancto quoque
 ritu, vnus & impassibilis existens & inuisibilis,
 condoluisti humanam perire naturam.
 ideo in hanc lachrymarum vallem descen-
 dens, pro nostris erratibus & piaculis for-
 mam seruilem suscepisti, in qua te permittis
 ab iniquis teneri, flagellari, ad vltimum ve-
 crucifigi. Nunc autem in sancta imagine
 crucifigeris Domine iterum, ad confusione
 impiorum omnium infidelium, & ad con-
 borationem omnium in te credentium.
 ideo tibi omnipotenti Deo vna cum patre
 rituque sancto gloria sit per cuncta seculorum
 secula, decus & fortitudo virtus atque victoria.
 Amen.

Cap. 3.

Audite omnes Ecclesie filij cetera, que
 modum facta, ipsius enim mysterij fuit
 satio. Postquam enim, vt superius dictum
 latus sancte imaginis illius apertum est,
 tinuo exiit sanguis & aqua. Dixerunt au-
 principes sacerdotum: Afferatur vas ad locum
 vulneris, & videamus exitum rei. Qui
 detulerunt hydriam, & ad locum vulneris
 vnde sanguis & aqua decurrebant, statuerunt
 Quae absque vlla mora subito repleta est.
 xerunt autem ad inuicem: Quoniam scie-
 rant Christum colentes, quod signa & mira-
 dita multa fecerit in mundo, quae nemo
 us agere potuit, accipiamus hunc sanguinem

*Sanguis ex la-
 tere imaginis
 christi à Iu-
 daeis cōserua-
 tur.*

& aquam hanc, & deferamus ad nostram synagogam, & congregemus vniuersos, qui se male habent, & ex hoc perungamus eos: & si vera sint, quæ de Christo dicuntur, continuo sanabuntur: si alias, ostentui habeantur à nobis cuncta, quæ à suis sequacibus afferuntur de eor: hæc dicentes, hydriam deferunt ad synagogam, estimantes se Christo IESV Domino nostro æterni regis filio maximam inferre posse iniuriam. Congregauerunt igitur quoscunque reperunt languidos, & in conspectu Hebræorum introducti sunt in synagogam: inter quos quidam propecta ætatis erat homo, quæ à natiuitate sua grauissima possederat corporis molestia, quæ Græca locutione *ωαράλυσις* latinè verò dissolutio membrorum dicitur. Hic dum primùm ab eis fuisset perunctus, repente de suo grabato quasi seruus exiliens, ad laudem filij Dei incolumis redditus, ad propria remeavit. Deinde adducentes cecos nonnullos, loca eorum luminum perungere studuerunt. Qui ipsi statim in Christo IESV nomine discussa cœcitate, post multos annos lumen amissum recipere meruerunt. Aegrotantes autem plurimi, ad hoc spectaculum sunt adducti, manibus post terga reuinctis. Cumque & illi fuissent peruncti, mirabili virtute Dei vndique perfusi, sensu redintegrato pristino, ad propria dum reuertuntur sanissimi, laudes Dei omnipotentis filio IESV Christo Domino saluatori nostro persoluuntur ab omni populo.

*Miracula ex
sanguine ima
ginis Christi.*

Tumultus autem exortus est magnus per totam tandem urbem, concurrentibus omnibus propter innumerabilia, quæ fiebant miracula. Et quicumque varijs languoribus infirmos pressos habebant apud se, illos eos deducendo perungebant, & statim sanitatem quam desiderabant, consequerentur. Omnes autem ad quoscumque peruenire potuit opinio, afferentes infirmos, quos habere poterant in domibus, paralyticos, cæcos, claudos, surdos, mutos, & leprosos siue aridos, deducebant eos in synagogam Iudæorum, ubi hæc signa fiebant diuinitus. Sed quamuis maxima esset hæc eadem synagoga, nequaquam tamen recipere poterat superuenientium multitudinem, in qua enim erant populorum cateruæ, quæ undique confluebant propter innumerabilia miracula & prodigia, quæ pro nimia sua popularitate, ne fastidium generent, transgrediendo prætermittantur. Omnes autem principes sacerdotum & seniores, & omnis turba Iudeorum, paruulorum ac maiorum, & mulierum videntes quæ facta fuerant, crediderunt in Dominum nostrum IESVM CHRISTUM, & dicebant: Gloria tibi sit æterne Deus & omnipotens pater, qui nobis indignis, quamuis secretum reuelasti vnicum filium tuum, Dominum nostrum IESVM CHRISTUM, quem, vt Esaias prophetam cecinit, virgo concepit, & virgo peperit, ac post partum virgo permansit. Gloria tibi sit Christe fili Dei, qui tanta mirabilia

Iudei autem permulti credunt in Christum.

bis miseris demōstrasti. Tibi credimus, tu nobis esto propitijs, & nos suscipere dignare, quia ex toto corde, & tota anima atque virtute ad te confugimus. Hæc & his similia clamantes dicebant, lachrymas autem amaras emittebāt & singultus.

Postquàm autem curati sunt cuncti, qui æ- *Cap. 4.*
gritudine detinebantur, occurrit omnis mul- *Consistentur*
tudo Iudæorum ad domum sanctæ Ecclesiæ, *Metropolitianâ*
quæ in eadem vrbe erat, vbi & Metropolita- *sua peccata.*
num inuenerunt. Cuius prouoluti vestigijs, se peccasse, se grauiter deliquisse, magnis vocibus fatebantur. Qui cum ab ijs perquireret omnem rei gestæ veritatem, sanctam iconam Domini saluatoris eidem demonstrantes, annunciauerunt cuncta, quæ in ea exercuerant: & qualiter ab ictu lanceæ, sanguis & aqua emanauit ex latere ipsius, necnon & de mirabilibus ab ea ostensis, illi retulerunt per ordinem. Ille verò interrogabat, qualiter icona ipsa ab ijs fuisset reperta, & si ab aliquo eam excepissent. At illi retulerunt ei, quod quidam Chresticola per obliuionem in cellula synagogæ proxima, dimisisset eandem iconam, dum se ad alium locum transferret hospitandi gratia. Qui statim iubetur inquiri, & repertus in præsentia Domini Metropolitanæ statui. Cūque ab eo studiosissimè fuisset interrogatus, quomodo icona apud se deuenisset, vel à quâ tam mirabiliter posita esset, respōdit, dicens, quod Nicodemus, qui ad IESVM nocte venerat,

*Vita de ima-
gine antiqui-
tate.
Joan 3.
Act. 22.*

rat, proprijs manibus eā cōposuisset, & mo-
ens, Gamalieli tradidisset. Gamaliel autē do-
ris gētū Pauli διδασκαλος cūdiō sibi cernere
adesse extremum, Iacobo eā reliquit, & Iacobo
Simeoni & Zacharo, & sic per successores re-
porum in Hierosolyma perduravit, vsque
subuersio illius vrbs patrata est quadrage-
mo tertio anno post ascensionem Domini
saluatoris ad coelos, sed biennium ante, quā
Titus & Vespasianus eandem subuertere re-
bem, admoniti sunt à Spiritu sancto fideles
que discipuli Christi, vt relicta vrbe, ad
gnum se transferrent Agrippę regis: quia
tunc Agrippa Romanis foederatus erat.
egressi ab vrbe, omnia quę ad cultum
religionis vel fidei pertinere videbantur,
cum auferentes, in has regiones transtulerunt
se. Quo tempore etiam icona cum ceteris
bus Ecclesiasticis deportata, vsque hodie in
ria permansit, quam & ego ipse à parentibus
ex hac luce migrantibus mihi traditam,
hæditorio vsque nunc possedi. Hęc certè
manifesta ratio est, de icona sancta Domini
Saluatoris qualiter de Iudæa in Syriam
deuenit.

Auditis his sermonibus, reuerendissimus
Metropolitanus valde hilaris redditus, con-
uersus ad populum Israëliticum, dicebat
uertere Israel ad dominum patrem viuente-
rum viuentium, & adora nobiscum eius
per quem sunt omnia creata, & spiritum
&

& mor- & mor-
 auit deb- & mor-
 cernere & mor-
 & Jacob- & mor-
 fores ter- & mor-
 vsque & mor-
 quadrage- & mor-
 Domini & mor-
 nte, qui & mor-
 rere ver- & mor-
 fideles & mor-
 be, ad & mor-
 quia & mor-
 erat. & mor-
 um no- & mor-
 antur. & mor-
 nstuler- & mor-
 ceteris & mor-
 odie in & mor-
 parent- & mor-
 itam, & mor-
 æ ceti- & mor-
 ta Do- & mor-
 yriæ pa- & mor-
 ndifir- & mor-
 itus, & mor-
 cebat- & mor-
 vnien- & mor-
 n eius & mor-
 ritum & mor-
 & mor-

& mor- & mor-
 auit deb- & mor-
 cernere & mor-
 & Jacob- & mor-
 fores ter- & mor-
 vsque & mor-
 quadrage- & mor-
 Domini & mor-
 nte, qui & mor-
 rere ver- & mor-
 fideles & mor-
 be, ad & mor-
 quia & mor-
 erat. & mor-
 um no- & mor-
 antur. & mor-
 nstuler- & mor-
 ceteris & mor-
 odie in & mor-
 parent- & mor-
 itam, & mor-
 æ ceti- & mor-
 ta Do- & mor-
 yriæ pa- & mor-
 ndifir- & mor-
 itus, & mor-
 cebat- & mor-
 vnien- & mor-
 n eius & mor-
 ritum & mor-
 & mor-

& mor- & mor-
 auit deb- & mor-
 cernere & mor-
 & Jacob- & mor-
 fores ter- & mor-
 vsque & mor-
 quadrage- & mor-
 Domini & mor-
 nte, qui & mor-
 rere ver- & mor-
 fideles & mor-
 be, ad & mor-
 quia & mor-
 erat. & mor-
 um no- & mor-
 antur. & mor-
 nstuler- & mor-
 ceteris & mor-
 odie in & mor-
 parent- & mor-
 itam, & mor-
 æ ceti- & mor-
 ta Do- & mor-
 yriæ pa- & mor-
 ndifir- & mor-
 itus, & mor-
 cebat- & mor-
 vnien- & mor-
 n eius & mor-
 ritum & mor-
 & mor-

*Iudei bap-
tismi.*

cap. 5.

Postquam verò baptismum consecuti sunt, *cap. 5.*
 rogabant enixius sanctum virum, vt synago-
 gam suam Ecclesiam consecraret in honore
 sancti saluatoris mundi. Quorum petitionem
 minimè aspernatas, synagogam illorum, quæ
 maior esse videbatur, in nomine vnigeniti fi-
 lij Dei redemptoris mundi cōsecrauit. Extūc
 itaque per diuersas yrbis terræ nationes & p-
 uincias mos inoleuit, vt basilicas plurimas
 vel oratoria Pontifices Christianæ legis, in ho-
 nore sancti saluatoris mundi condere & de-
 dicare non desinant. Nam antea antiquiores
 nostri vel maiores hoc peragere minimè præ-
 sump-

Fer. Metro-
politanae pre-
fati viri.

sumpserunt. Sed ad narrationis nostrae
nem reflectamus articulum. Rogauerunt
tem Metropolitanus praefatum virum, ut ce-
ras synagogas eorum in honore quorundam
martyrum consecrando reconciliaret. Ita-
& huic petitioni libenter animum accom-
dauit, & quae illi suggererunt, Dei iuuam-
fretus, cuncta expleuit deuotus. Factum
gaudium magnum in ciuitate illa, non solum
de sanitate corporum, quae emanauerat
xima: sed & de tantis animabus, quae ab
teritu sathanæ ad vitam aeternam fuerunt
uocatae.

Cap. 6.

Venerabilis verò & summus Antistes
noctuque varijs fluctuabat cogitationibus
hydria, quae dominicum intra se retine-
cruorem, valdè hæsitans, quid de eo oppor-
num fuisset peragere. Tandem autem salu-
reperito consilio, omnium Ecclesiarum,
per orbem terræ longè lateque confite-
inestimabile atque profuturum prouidit
solationis remedium. Deinde ampullas
cepit fieri vitreas, in quibus portiones
singulas de sanguine & aqua, quae de ima-
Domini saluatoris nostri decurrerunt, ce-
quæ apud urbem iam dictam suo tempore
tigerant, suis scriptis vel eloquijs mani-
simè vniuersis sanctæ Ecclesiæ filijs vilitate
clarauit. Hoc insuper ab his efflagitans, ut
annos singulos in mense Nouembri, qui
Hebræos est nonus, apud nos verò mensis

Festum huius
miraculi in-
dicatur in per-
petuam rei me-
moriam.

decimus, vno die ipſus menſis, id eſt, quinto idus Nouembris, nō minori reuerentia, quam Natalis Domini vel Paſchalis, iſta dies præcipua obſervatione colatur.

Hæc eſt vera & vehementer credula ratio de cruore lateris Domini noſtri ſaluatoris, q̄ profluxit de ſancta imagine ipſius, quæ crucifixa eſt in Syria in Beryto ciuitate. Hic eſt etiam ſanguis ille Dominicus, qui apud pleroſque repertus eſſe dicitur. Nec eſſe aliter æſtimandum à verè Catholicis, præter id quod ſcribitur à nobis, quaſi ex carne & ſanguine Chriſti aliquid poſſit in mundo inueniri, niſi illud, quod in ara altaris per manus ſacerdotum quotidie ſpiritualiter efficitur. Hæc ergo ſciens, amantiſſimi patres & fratres, accelerare vobis declarare vobis, ad ædificationem animarum veſtrarum, ad incrementum veſtræ fidei, vt & in hoc ſcire valeatis, quanta ſit virtus & pietatis Domini ſaluatoris noſtri IESV Chriſti. Idcirco in fide fortes eſtote, & congaudete ſuper magna & obſtupenda eius miracula, quæ in noſtra generatione à Deo ſunt patrata. Et date illi gloriam cum lætitia gaudentes, & cum nimia compunctione eius maieltati immenſas gratias agite, eo quod fidei ſuæ & ſcientiæ dignos vos fecit eſſe. Ipſi Chriſto IESV ſaluatori, cum patre ſanctoq; ſpiritu gloria ſit honorq;, laus etiã per ænis, qui ſempiternum atq; indiuiſum abſq; inïtio & fine obtinet imperium.

In

Spiritualiter, id eſt, inuisibiliter, et tamē realiter, & ſubſtantialiter.

In VII. Synodo, quæ est altera Nicæna, sequuntur hæc.

*Atbanasium
dicit.*

CONstantinus sanctissimus Episcopus Constantiæ, quæ est in Cypro, dixit hæc eis, qui ab immortalitate appellati ne fortitus est, totam hanc sacram congregationem ad compunctionem & lachrymas compulit. Non enim venerandas esse tantummodo imagines sanctorum docuit, sed & multas quasdam medicandi rationes ab his proficisci. Tharadius sanctissimus Patriarcha ait: Sed quispiam dixerit, quamobrem miracula à nostris imaginibus non eduntur? Ita sanè cum Apostolo sit responsum: miracula non credentibus data sunt, sed illis, qui incredulitate versantur. Hi igitur, qui imaginem ita tractabant, infideles erant: quæ de causa signum illis datum est à Deo per imaginem, ut ea ratione ad fidem nostram Christianam traherentur. Generatio enim improba & adultera signum quærit, & signum non dabitur illi.

1. Cor. 14.

Matth. 12.

Gregorius Turonensis li. 1. cap. 22. de gloria tyrum, miraculum de imagine Christi tractata.

C A P. V I I.

ISTO nunc tempore per credulitatem imaginem tantò Christus amore diligitur, cuius legem in tabulis cordis credentes populi retinent, eius etiã imaginem ad commemorationem virtutis in tabulis visibilibus